



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessio Fidei Exhibita Invictiss. Imp. Carolo V. Cæsari
Aug. in Comicijs Avgvstæ. Anno M. D. XXX.**

Melanchthon, Philipp

Viteberga, 1542

VD16 C 4714

III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35748

ARTICVL I FIDEI

III.

Item, docent quod uerbum, hoc est filius Dei,
assumperit humanam naturam in utero beatæ
Mariæ uirginis, ut sint duæ naturæ, diuina & hu-
mana, in unitate personæ inseparabiliter coniun-
ctæ, unus Christus, uere Deus, & uere homo, natus
ex uirgine Maria, uere passus, crucifixus, mortuus
& sepultus, ut reconciliaret nobis Patrem, & ho-
stia esset, non tantum pro culpa originis, sed etiam
pro omnibus actualibus peccatis hominum. Idem
descendit ad inferos, & uere resurrexit tertia die,
deinde ascendit ad cœlos, ut se deat ad dextram Pa-
tris, & perpetuo regnet & dominetur omnibus
creaturis, sanctificet credentes in ipsum, misso in
corda eorum Spiritu sancto, & sanctificatis de-
uitam æternam. Idem Christus palam est reditu-
rus, ut iudicet uiuos, & mortuos resuscitatos, iux-
ta symbolum Apostolorum.

III I.

Vt autem consequamur hæc beneficia Chri-
sti, scilicet remissionem peccatorum, iustificatio-
nem, & uitam æternam, dedit Christus Euangeli-
um, in quo hæc beneficia nobis proponuntur, sicut
scriptum